ego ⁊ contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iusticia tua iusticia ī eternum: ⁊ lex tua veritas. Tribulatio ⁊ angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternum: intellectum da mihi et viuam. Coph: vocatio.

Clamaui ī toto corde meo exaudi me dñe: iustificationes tuas requiraȝ. Clamaui ad te saluū me fac: vt custodiaȝ mandata tua. Preueni in maturitate ⁊ clamaui: q₂ in verba tua supsperaui. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo vt meditarer eloquia tua. Vocem meam audi ꝑm misericordiam tuam dñe: ⁊ ꝑm iudicium tuū viuifica me. Appropinquauerunt persequētes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu dñe: ⁊ omēs vie tue veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternum fundasti ea. Res: capitis.

Vide humilitatem meam ⁊ eripe me: quia legem tuam nō suȝ oblitus. Iudica iudicium meum ⁊ redime me: ꝓpter eloquium tuum viuifica me. Longe a peccatoribꝰ salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe domine: ꝑm iudicium tuum viuifica me. Multi qui persequunt̄ me ⁊ tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui. Vidi preuaricantes ⁊ tabescebam: quia eloquia tua nō custodierunt. Vide qm̄ mandata tua dilexi dñe: in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorū veritas: in eternum omnia iudicia iusticie tue. Sin: dentium.

Principes persecuti sūt me gratis: ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego sup eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitateȝ odio habui ⁊ abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iusticie tue. Pax multa diligentibus legem tuam: ⁊ non est illis scandalū. Expectabam salutare tuum domine: ⁊ mādata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua: ⁊ dilexit ea vehementer. Seruaui mādata tua ⁊ testimonia tua quia omnes vie mee in conspectu tuo.

Thau: signa.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in cōspectu tuo: ꝑm eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnum: cū docueris me iustificationes tuas. Pronūciabunt lingua mea eloquium tuum: q₂ omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuū domine: ⁊ lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que perijt: quere seruum tuum domine quia mandata tua non sum oblitus.

Alleluia. Canticū graduum.

CXIX

Ad dñm cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. Domine libera animā meā a labijs iniqs ⁊ a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam? Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi quia ī colatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabāt me gratis. Cāticum graduum.

CXX

Leuaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxiliū mihi. Auxilium meum a dño qui fecit celum ⁊ terram. Non det in commotionē pedem tuum: neq̄ȝ dormitet qui custodit